

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia bc  
cum uariis

Auarus nec compacentibus compatitur nec miseris subuenit uel miseretur, sed offendit Deum, offendit proximum, offendit seipsum; nam Deo detinet debita, proximo denegat necessaria, sibi subtrahit opportuna; Deo ingratus, proximo impius, sibi crudelis. Viro cupido et tenacissimo sine racione est substancia et homini liuido adquid aurum? Qui sibi nequam est cui alii bonus erit? Non enim proximum suum diligit sicut seipsum quem inedia perimit, egestas consumit; nec Deum diligit super omnia qui Deo prefert aurum, preponit argentum.

Innocencius ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

compacentibus] patientibus P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; racione] oratione V<sup>1</sup>; cui] qui L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; preponit] preponi v<sup>1</sup>